

included (p. VII). The editors were at least honest in openly admitting this. On the other hand, the work does include previously unpublished material, a list of which would allow one to see quickly what is new, though this was not the case.

When introducing the texts, more metadata would have been useful. I would particularly have liked some indication about the religious affiliations of the people, such as their Jewishness. This would have made a significant contribution to the study of the religious situation of the area, especially if it had been well-indexed. The editors mention whether a site was a church or a synagogue, but nothing else. Statements concerning religious affiliations might well raise discussion and even criticism, which would benefit the field. Methods of defining one's Jewishness already exist (in the corpora JIWE, JIGRE, IJudO), and of the CIIP editors Walter Ameling has already used various methods of defining Jewishness in his work. Such methods could be employed in this corpus as well.

The CIIP editors are many, allowing a range of great expertise concerning different texts. One thing that caught my attention was the treatment of the term *πρεσβύτερος* in a Christian context. It would be advisable to make a common policy within the corpus on how to translate certain terms in order to make the work more coherent. In texts 6213 and 6214 *πρεσβύτερος* is translated as “priest”, whereas in 6709, 6711 and 6913 it is “presbyter”, which I find better, because of the range of meanings of the English term (see *The Oxford Dictionary of the Christian Church*, Oxford 1997, 1325).

Overall, both the CIIP series in general and this part in particular have certain aspects that would need improving, but the work as a whole is excellent and highly important. It makes the study of the inscriptions of the area much easier, though the study would be even better if one day the long-awaited index would be produced.

Iida Huitula

University of Helsinki

Corpus inscriptionum Latinarum. Consilio et auctoritate Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis editum. Vol. IX: Inscriptiones Calabriae Apuliae Samnii Sabinorum Piceni Latinae. Suppl. 1: Regio Italiae quarta. Fasc. 3: Marsi – Aequi (CIL IX 7639–8187). Edidit MARCO BUONOCORE. De Gruyter, Berlin – Boston MMXX (2020). ISBN 978-3-11-070898-1. CLXXXI-CCXXXVIII, 1713–2116 pp. EUR 239.

Antequam ad censuram libri suprascripti accedam, officium est meum memorare scriptorem libri, Marcum Buonocore (posthac “B.”), hominem et doctrina et moribus mirandum, annorum tantum sexaginta octo praeter expectationem omnium mortem obiisse mense Decembri a. 2022, id quod

omnes valde non deploramus tantum sed etiam lugemus. Eiusdem memoria et recordatio tamen inter epigraphiae studiosis certe erunt iucundissimae. Mortem obiit ita, ut etiam fasciculum quartum huius supplementi ad finem ducere potuerit (censuram eiusdem fasciculi proponam in volumine huius ephemeridis anni 2024); sequitur tamen, ut etiam nunc desit fasciculus quintus destinatus indicibus copiosis titulos quattuor fasciculorum comprehendentibus. Num indices, qualescumque sint, iam exsistant in libro etiam nunc manu scripto, nescio (indices nominum cognominum imperatorum memoratorum in titulis "novis" in hoc fasciculo propositis tamen reperiuntur hic p. 2103–2112). Ceterum conferenda sunt ea, quae de hoc libro scripsit C. Letta, *Epigraphica* 83 (2021) 259–269.

Ut ex supra scriptis appareat, hoc fasciculo continentur regiones Marsorum et Aequorum ita (ut iam in fasciculis qui praecedunt primo et secundo), ut insint cum addenda ad titulos editos a Th. Mommseno in *Corporis* volumine IX (1883) tum tituli post Mommsenum publici iuris facti (quos infra appellabo "novos") hic denuo editi et praeterea tituli aliquot antehac nusquam editi (qui enumerantur p. 2115sq., ubi adde n. 8184); inter eos est titulus decem minimum versuum n. 8156, quem B. valetudine affectus describere non potuit et de quo proponitur im. phot. tantum. Regio Marsorum (nn. 7639–7872) divisa est in civitates (inter quas sunt etiam vici) has: Cerfenniam (pertinentem ad territorium Marruvii), Marruvium, Antinum, Supinum, Lucum Angitiae; numerus titulorum novorum est 234 (inter quos Cerfenniae 28, Marruvii 130). Fines Aequorum (nn. 7873–8187) divisi sunt in Albam Fuentem, Carsiolas, Aequiculum (cf. p. 2067), Claterniam; numerus totus titulorum novorum est 315 (Albae 245). Cum hic fasciculus editus sit a. 2020, notabile mihi videtur eundem complecti etiam titulos propositos in *Année épigraphique ("AE")* 2017 (v. p. 2115), scil. in volumine edito eodem ipso anno 2020. Tituli novi non recepti in AE (editi saepius in libris aut ephemeridibus minus notis) sunt hi: 7686, 7689 (nota nomen antea ignotum *[T]urpledius*, i.e. **Turpiledius*; *Turpilius*: **Turpiledius* ut e.g. *Pompullius*: *Pompulledius*), 7693, 7703, 7709, 7710, 7726, 7735, 7737, 7738, 7739, 7746, 7748, 7753, 7759, 7763 (*Vettia ... delicium*), 7898 (titulus senatoris cuiusdam, in quo memoratur legatio (?) [Hispaniae Ci[terioris]], 7943, 7956 (fistula Alb(iae) C. f. *Sabinille clarissimae*) f(eminae)), 7961, 7972, 7983 (fistula reperta Albae, in qua memoratur Q. N. M. quidam, sine dubio Q. Naevius Macro praefectus praetorio, homo origine Albensis, cf. infra), 8120–8125, 8129 (titulus aetatis liberae rei p., in quo memorantur liberti et servi), 8131, 8134, 8138 (et alia fragmenta Carsiolas reperta), 8150 (titulus aetatis liberae rei p. dedicatus *Iovei Pol(l)ent(ei)*), 8164. Inter titulos alias notabiliores sunt e.g. n. 7873 (fasti Albenses), 7913 (titulus Naevii Macronis praefecti praetorio), 8152 (titulus dedicatus *Nensino*, numini cuidam alioqui ignoto huius regionis).

Quod ad titulos singulis civitatibus attribuendos attinet, notandum est hos titulos propositos in *CIL* IX sub civitatibus variis iam attribui alii cuidam civitati: 3324 *Superaequum* > *Marruvium*, 3715 *Marruvium* > *Carsioli*, 3726 *Marruvium* > *Alba*, 3656 *Marruvium* > *Lucus Angitiae*, 3993 *Alba*

> Lucus Angitiae, 4177 Amiternum > Alba. Titulum n. 3953 iam appetet esse urbanum falsum hic delendum.

Inter titulos, qui a Mommseno editi sunt sed non ex visu, sunt multi, quos etiamnunc exstare iam constat; sunt autem hi: 3649, 3816, 3817, 3818, 3820, 3824, 3844, 3856, 3862, 3865, 3896, 3994, 4065, 4078, 4079, 4084, 4092, 4119 (titulus Sex. Tadi Lusi Nepotis Paullini proconsulis sortiti provinciam Cretae et Cyrenarum), 4125, 4175, hi omnes im. phot. depicti, et praeterea 3718, 3864, 3874, 3941, 4086, 4096. Numerus titulorum eorum, quos Mommsenus ipse sive operis eius socii (praesertim Henricus Dressel) viderunt sed qui postea aut perierunt aut certe reperiri iam non possunt est tamen multo maior; inter eos sunt nn. 3654, 3657, 3667sq., 3681, 3685, 3687, 3689, 3693, 3699sq., 3707, 3709, 3712, 3714, 3716, 3722, 3725, 3730, 3736, 3757, 3815, 3843, 3857, 3860, 3863, 3866, 3875, 3885, 3898, 3900sq., 3903sq. 3926, 3940, 3945, 3956, 3963, 3975sq., 3979, 3996, 4010, 4018, 4023, 4032, 4034, 4037, 4041, 4046, 4050, 4057, 4066, 4068a, 4071a, 4072sq., 4076, 4080sq., 4091, 4094, 4103sq., 4107–4109, 4111, 4113, 4121, 4127, 4129, 4132, 4140, 4144sq., 4148, 4154, 4158–4160, 4162–4164, 4173–4174, 4176.

Quod porro ad lectionem titulorum a Mommseno editorum attinet, titulos aliquot hic invenimus melius lectos, e.g., ut minora quoque attingam, nn. 3684, 3682 (*ar[eam]* potius quam *ar[cus]* [C. Letta]), 3771/2 (anni 43 a. C.; *con.*, non *cons.*), 3955 (*gemuerat* pro *CEMVELAT*), 3980, 4015, 4035, 4078 (legendum iam est *Polla Cosidia P. f. Orbi*, scil. *uxor*), 4084, 4092 (nomen mariti videtur esse legendum *Verbisius*), 4098 (a dextra videtur posse legi *et Longiae Feliclae*). Quidam tituli iam sunt melius lecti ita, ut hic sub novo numero sint propositi: 3664 = 7675, 3851–3852 = 7813, 3893 = 7864, 3993 = 7863, 4043 = 7900, 4143 = 8166, 4150 = 8172, 4161 = 8173. Interpretatio tituli correcta est e.g. in n. 4060, ubi mirum in modum Mommsenus putavit legendum esse *coh(orte) VI pr(incep)s pos(terior)*, cum pateat legendum esse (*miles coh(ortis) VI pr(aetoriae) pos(uit)*). De lectione novorum titulorum mihi videtur esse notandum praesertim hoc, in titulo A. Virgi Marsi aetatis Tiberianae 7678 (AE 1978, 286) iam non legi *tr(ibuno) mil(itum) ... cohort(ium) XI et IIII pr(aetoriae) um* sed *pr(aetoriae)*, ita ut appareat vocabulum *pr(aetoria)* pertinere ad solam cohortem IIII; sequitur ut iam non sit necesse quaerere (id quod saepius factum est), quomodo sit explicanda sub Tiberio mentio cohortis XI pr(aetoriae), cum iam appareat intelligendam esse cohortem XI urbanam.

Ut priores, etiam hic fasciculus mihi videtur esse omni laude dignus. In commentariis ad titulos singulos pertinentibus inveni tamen quaedam quae mihi videantur esse dicta non omnino recte aut ad quae possint addi quaedam: 3666: “II ex. vel III in.”: mihi titulus videtur antiquior. – 3704: notari potuit dat. *Silvestro* (qui etiam alibi reperitur) pro *Silvestri*. – 3708 “nomen Numisii hic solum occurrit” videtur dictum esse errore quodam miro. – 3709: nomen *Ascreius* a B. dicitur non inveniri alibi in regione Marsa; at hoc est exemplum unicum in toto imperio Romano (idem valet de *Numledius*, n. 3870). – 3714 “saec. II”: propter cognomen *Fucentius* mihi titulus videtur esse aetatis

paulo posterioris, cum cognomina finientia in *-ius* reperiantur praesertim inde ab aetate Severorum. – 3731 “SERVS pro *servus*”: cf. *Lasci(v)us* in titulo qui sequitur 3732! – 3738 POSVVIT: “vocales geminatae”: at nescio an debeat cogitari potius de forma perfecti *posuvi*, *posuvisti* etc., quae legitur et in titulo n. 3868 et alibi (cf. Clauss-Slaby sub *posuv*; in *TLL* vol. X 1, 2631, 48–50, ubi etiam hic titulus memoratur). – 3813 *Aninus vecus ... donum dant*: “i. e. *donum dat*”: at forma pluralis *dant* potest probari, cum possit haberi pro constructione ad sensum q. d. – 3821 (titulus notus ex A. Buccella quodam): cum in *Corpore* legatur *Pacedie*, non video, quomodo sint intelligenda verba commentarii Buonocoriani “*Pecedie* traditur fortasse pro *Pacedie*”. – 7752 (et saepius): “*posit* pro *positus*”: potius pro *posuit* sive *positiv*. – 3837: *Antino* in *patrono municipi(i) Antino* (ubi expectaveris *Antini* vel potius *Antinatium*) mihi videtur esse ablativus pro locativo. – 3838: *sevirum* gen. pl. vetustior. – 3842: *Sex. Petronaeo ... Valeriano ... Sergia Antino*: conferri fortasse possunt tituli quidam aetatis posterioris, in quibus tribus coniungitur non cum nomine sed cum domo (*CIL VI* 37220, *domo Pubilia Verona, domo Fabia Brixia; III* 7289, *dom(o) Quirin(a S)cupos* etc.). – 7812 *Purlidianus* sine dubio ductum est ex nomine **Purlidius*. – 3865 + 3884: *Instacius*, quod nomen memoratur etiam in titulo n. 7826, sine dubio idem est ac *Istacius* *CIL IX* 7224 (Lavernis); cf. *Instacidius ~ Istacidius*. – 3885: cum nullo modo possit legi *Ka[es(onis)] f.* (hoc enim praenomen invenitur non post initia saec. II a. C.), statuendum est agi de cognomine quodam, ita ut pater, qui non habet cognomen, memoret patrem suum, filius iam cognomine praeditus cognomen tantum. Cf. e.g. *CIL IX* 3688 cf. p. 1736 [.] *Octavius Laenas, [...] Cervarius P. f. IIIIvir(i) quinq(uennales)*). – 3898: *Lollideae Acale* (= *Hecale*): “gentilicium Lollidei aliunde ignotum ...; etiam cf. (sic) tit. *Cordubensem* II²/7, 340, ubi memoratur *Lolidius* quidam”: at cf. C. *Lolidium* P. f. tituli *Marruvii* rep. n. 7726! – 3916: “*s. p. q. A(lbensium)*”: fortasse potius *A(lbensis)*, cf. *s. p. q. R(omanus)*. – 3917 (cf. 3925): titulum dedicatum [---] *Asiatico cl(arissimo) v(iro) B.* refert ad *Valerium Asiaticum* consulem a. 94, II a. 125; ego non putaverim compendium *cl. v.* posse reperiri iam sub *Traiano* et *Hadriano*. – 3947: verba post *pro suis* (intellege *eius*) *meritis*, scil. *et floralibus cipp(-)* quomodo sint intelligenda ex commentario non appetet. Ceterum titulus hic positus in honorem L. *Septimi Philodespoti* mihi videtur esse saeculo II (ita B.) paulo posterior. – 3948: nescio an verba *iuveni acerbissimo* (de quibus B. confert titulum *CIL VIII* 5001) intellegi possint ita, ut abbreviate sit dictum id, quod in titulis saepius exprimitur verbis *acerba morte eruptus* v. sim. Ceterum mihi certe titulus videtur attribuendus aetati posteriori ea, quam proponit B. (scil. partem priorem saec. II). – 4002: aetas tituli quodammodo definiri potest propter cognomen *Lupicini* (derivatum de nomine *Lupicus < Lupus*), quod non putaverim posse inveniri ante saec. III partem posteriorem. Ceterum expectaveris *cum quo* potius quam *cum qua*. – 4028: mihi *Sestuleius* (sine dubio *Sēstul-*, cf. *Sēstius*) non est idem nomen ac *Sextuleius*; quamquam videtur mirum Albæ reperiri cum *Sestuleii* tum *Sextuleii*. 4031: nomen *Subocrinus* memoratur etiam in titulo *Ficuleae* reperto *AE* 1994, 372a. – 8008: forma *sut* (pro *sunt*) fortasse potest probari; cf. e.g. *CIL X* 6527 = I²

1513 *emeru(n)t; feceru(n)t CIL VI* 19960; XIV 726 etc.). – 4059 “Ex litterarum forma aetati Augustae tribuerim”: mihi litterae videntur esse paulo posterioris aetatis; praeterea expectaveris in titulo posito sub ipso Augusto indicationem patris inter nomen et cognomen. – 4070: littera I in *Petidio* videtur esse longa (ita Mommsenus in *CIL*). – 4119: in titulo Sex. Tadi Lusi Nepotis Paullini cursus honorum mihi videtur enarrari male p. 2072; ex ipsis enim tituli verbis appareat hunc senatorem post praeturam et ante sortitionem proconsulatus fuisse (in hoc ordine) legatum Macedoniae, legatum Asiae, praefectum frumenti dandi, legatum denique Africæ. Adde quod errore verba fiunt de legatis proconsulum quaestoriis, cum pateat Paullinum legationibus omnibus functum esse praetorium. – 4121: mihi videtur hic dici Crispinum in praetorio militavisse *Drusi Caesaris benefic(i)o*, non Crispinum fuisse beneficiarium. – 8172: cur ad hunc titulum aut certe nomen *Pompusii* illustrandum memoretur titulus Carnuntinus AE 1977, 620, in quo fit mentio M. Valeri Albani veterani, non intellego; de errore quodam agitur sine dubio. – 4171: littera I in *n quis* videtur esse longa.

Carminibus quibusdam addita est versio Italica. In commentariis mihi non placet de formis quiusdam raris vel vulgaribus referri non ad libros notos formas linguae Latinae tractantes scriptos ab optimis eiusdem linguae studiosis, sed ad opus scriptum a M. G. Tibiletti Bruno in *Abruzzo. Rivista dell'Istituto di Studi Abruzzesi* 19 (1976), plenum erroribus et omnino ignorandum (nota e.g. 7800: “Nomen gentilicium Spedii ad formam Spendii referendum cogitat [T. B.]”; 3878: “*Torinia pro Taurinia* est interpretata [T. B.]”; 4128: “*Cresidio pro Chresidio* mavult [T. B.]”; si recte intelligo, Tibiletti Bruno putavit formas *Spendius Taurinius Chresidius* esse bonas, formas *Spedius Torinius Cresidius vulgares!*).

Haec et quaedam alia (e.g. praenomen *Gaius* saepius scriptum male “*Caius*”) tamen nullo modo obstant, quominus concludi possit agi de libro cum optimo tum utilissimo scripto a homine rerum epigraphicarum peritissimo.

Olli Salomies

Universitas Helsingiensis

EDWARD DĄBROWA: *Camps, Campaigns, Colonies: Roman Military Presence in Anatolia, Mesopotamia, and the Near East. Selected Studies*. Philippika 138. Harrassowitz Verlag, Wiesbaden 2020. ISBN 978-447-11381-6; ISBN (e-book) 978-3-447-19981-0. 216 pp. EUR 54.

Professor Edward Dąbrowa has during his career made a vast and important contribution to the study of Roman military presence in Anatolia, Near East and Mesopotamia. In 2020, a collection of his work on this subject was gathered from a variety of publications, many of which have become